



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

9. Triplex agnitio imaginis SSS. Trin.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

naturæ, quia convenit homini secundum naturam, secundum quam creatus est homo. Altera est eadem anima quatenus per fidem & charitatem cognoscit & amat Deum supernaturaliter, & dicitur imago recreationis & gratiæ. Tertia est quatenus eadem anima per lumen gloriæ & charitatem Patris Deum perfectè cognoscit & amat, & est imago perfectionis. Prima convenit omni homini nec unquam per peccatum perditur. Secunda solis iustis, quæ animâ peccante deperditur & per justificationem reparatur. Tertia solis beatis. Servit hæc distinctio ad intelligendum scripturas, & Patres, qui subinde diversimodè de hac imagine loquuntur.

## SYMBOLUM 9.

*Imaginem SSS. Trinitatis agnoscimus ex eo, quod sumus, & nos esse novimus, & nostrum esse ac nosse diligimus. S. Aug. lib. 11. de civit. cap. 26.*

**S**crutator Triadis cupidissimus Augustinus,  
Exhibet ingenio Symbola digna suo.  
Acceptum Ingenito quivis ferat esse parenti,  
Esseque per Genitum me scio Nosse meum.  
Esse bonum est, quadrat Divinæ legibus artis,  
Et quod ametur opus, Flamen amoris habet.

N. Ex D. Tho. loc. cit. imaginem Dei maximè consistere in eo actu, quo mens nostra fertur, seu ferri nata est in Deum: sic enim imago est similis exemplari: quia Verbum Dei nascitur de Deo secundum notitiam sui ipsius, & Amor procedit a Deo seipsum amante.

## SYMBOLUM 10.

*Tria sunt juxta vulgi opinionem humanarum actionum principia, sensus, mens, appetitus; juxta veritatem autem tantum duo; mens & appetitus. Ex Arist. 6. Eth. c. 2. & Enchir. Eth. peripat. Exim. D. Ant. Dave S. Theol. Doct. Louan. & profess. publici & ordinarij moralis doctrinæ.*

**P**incipium triplex humanos elicit actus,  
Meta tamen fieri posset, ut una trium.

Men-